

**Volumen** peculiari vocabulo dictum totius  
legalis sapiētie continens **comple**  
**mentum**. Complectitur em libros Auctētorū: tres libros  
Lodiciis. librū de Feudis. 7 Tractatum de pace cōstātie.  
cū Tabellis 7 apparatu solito: vñ sunt sequētes versiculi.

**A**d lectorem.

**C**ompletum iuris iam conspicis imperialis  
**O**mnibus ex numeris opus admirabile lecto:  
**M**endis exterisq; multisq; decoribus auctum.  
**P**rimum quos de se virtus autentica dixit  
**L**ibros: siue quibus fecit collatio nomen.  
**E**t reliquos istis tres libros Lodiciis: inde  
**M**ox cernes libros de feudis associatos.  
**E**t solitas tabulas rerum simul et titulorum.  
**N**ecnon et pacis Constantia que monumenta  
**T**radidit: ab asis quecūq; superflua doctis  
**M**isa: sed adiunctis que tante digna lucernis  
**M**aiestatis erant. Boccardo tot bona debes.



**N**obilium lites nodosq;  
resoluimus acres.

(1511)

**C**lodocus Badius Ascensius: Andree bocardo  
 legalis sciētie studioso: impressoriz in expungen-  
 dis librorū mendis soletissimo et optimo iudicio  
 pedito: compatriq; charissimo. S. D.



**S** (vt poeta inquit) iā canit extremos effectus vinitoz  
 antes: merito Compater diligētissime / tibi modo ca-  
 nēdum est et profusius gaudendum / qui totius lega-  
 lis sapiētie tot et tanta monumenta cum accursianis  
 glossematis / milleq; apparatib; tā accurate / tāq; feli-  
 citer a vitis redemisti atq; impressisti / vt ppetuo im-  
 mortaliq; beneficio omnes istiusmodi sciētie studiosos demerueris:  
 nullaq; sit dies futura / qua memoria tui saltem ex grator; animis exci-  
 derit. Verūtamē (quod sane dolendū est) magna est in oi Academia  
 sine noie / sine iudicio / sine capite / sine oculis turba: toti videlicet vē-  
 tres aut (vt ille inquit) sponsi penelopes fruges cōsumere nati: q; licet  
 non ignorent quid distent era lupinis: scire tamē cōtemnūt quid fide-  
 lis cōdex a deprauato: verus ab adulterino differat. Multi em̄ dūmō  
 splēdidus fucatusq; sit liber / parui curāt q̄ sincerus atq; integer sit:  
 vt qui non vt ediscāt sed vt habeant et ostentēt libros emunt. Quod  
 ne quisq; posthac nisi sciens vidensq; (quales incurabiles sunt) cōmit-  
 tat vt in simlē errorem incidat: volui ad complementum tam imensū  
 opis hoc meū de te prescribere (qualecūq; est) testimoniū iudiciūq;  
 Noui em̄ fidem diligētiāq; tuā / qui potius noctē duceres insomnē /  
 aut postridianam amitteres opam et impensam / q̄ incastrigatum vel  
 vnū cōnuēdo pretermitteres erratum. Admonitos igitur velim hu-  
 ius tam inclyte professiōis studiosos vt se et in te et in laboris tui re-  
 demptores gratos ostendant / si volent (quod maxime velle debent)  
 consimilis diligentie tue complures adipisci libros. Vale: et geniū  
 cura: nosq; quod mutuū facies ama. E parrhisioꝝ Lutetia nobilissi-  
 ma / ad nonas Septembris. Ad. d. xi.